



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quare reliquias, sepulchra, & miracula sanctorum veneramur. tit. 223

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

in constanti fide peruenire valeamus. Hæc est piæ & simplex intentio Ecclesiæ, & cæte. Deo igitur, & no[n] sanctis celebramus Missas, &cæ.

Q U A R E R E L I Q V I A S , S E
pulcra, & miracula sanctorum
veneramur.

TITVLVS CCX XIII.



RIMÒ, sanctorum ossa & reliquias ve-
neramur, quia fuerunt instrumenta
per quæ Deus nobis prædicavit fidem
& verbum suum, atque salutis viam o-
stendit. Si enim crucem, vestimenta,
lanceam, clavos Christi &c. veneramur, cum quibus
medijs nos saluauit, cur sanctorum reliquias con-
temnamus & reputemus tamquam vngulas equorum
&cæt. Confortatæ fuerunt mulieres in articulo re-
surrectionis, videntes locum, quæ angelus illis ofte-
dit Marci & Matt. vlt. Sic Apostoli videntes linteum
na in sepulcro Christi, Ioan. 20. & cognoscunt scri-
pturam quod debuit à mortuis resurgere, sic sancti
rum reliquiæ ducunt nos in memoriam beneficio-
rum Christi.

Secundò, Deus ornat sepulcra sanctorum mira-
culis, vt sciamus sanctos nondum mortuos spiritu,
sed viuentes apud Deum, vt sic fides nostra de vita z-
terna, propter Christum & resurrectione conforte-
tur: non ipsi sancti faciunt miracula, sed Deus & sa-
uator noster Christus: sic etiam fecit in vita eorum
ad confirmationem Euangeli, Marc. vltim. vterio-
res reddamur, quod verum Christi euangelium pra-
dicarunt. Sic de miraculis dicit August. lib. 22 de ci-
tate Dei, capit. 9. Omnia miracula, inquit, id est fieri
& facta sunt, propter illum articulum q[ua]d Christus vnde
& natus est ex virgine Maria, & mortuus & passus
pro salute nostra, Ideo contra Iudeos & incredulos
qui

qui hoc non credunt, fecit Deus Christus multa mirabilia, & propter confirmationē eiusdē doctrinæ quā predicārunt Apostoli & sancti, Deus etiam per eos fecit miracula. Sic inquit Chrysost. homil. 66. Præstant sanctorū sepulcra quorūcunque regū aulis: ibi peccatores de desperatione surgunt, valetudinarij & obsessi à dæmonibus liberantur, Diaboli potestas restinuitur, ibi suscitātur mortui, sed hęc omnia facit Deus ad confirmationem fidei. Ideò propter hęc opera Dei circa sepulcra, venerantur sepulcra.

Tertio, quod iciunamus, vigilias sanctorum feriamur, accendimus candelas, damus elemosynas, non ipsis sanctis facimus sed Deo, precantes ut & nos illuminet vera fide. Subinde, det constationem fidei in persecutione usque ad mortem, sicut ille dedit. Hęc media primò & principaliter in Deum diriguntur, sicuti & orationes de sanctis. Nam ad somnum Deū respicit oratio, à quo est omne datū optimū & donum perfectum, Iacob. 1. Sancti non indigent nostra oratione, ieiunio, ferijs, &cætera. Sed nos istis medijs nos humiliamus, perentes, ut nostri sint complices, pro eadem gratia, quam & ipsi accepunt, & vni sunt ut boni dispensatores talentorum Dei, Matthæi, 25. Memoria igitur sanctorum solum ad nostram comprecationem dirigitur, non ut eos adoremus tanquam deos aut saluatores nostros. Si enim libros non reijcimus, in quibus nobis predicatorum fides, cur sanctos, qui fuerunt typus & exemplar Christifidelium, non veneremur, ut quos ipse Deus honore non dedignatur?

*ABSTINENTIA A QVI
busdam cibis, an placeat Deo.*

TITVLVS CCXXIIII.

NO T A N D V M primò, quod abstinentia à carnibus, lacticinijs, ouis, &cætera, non sit, Kk 3 quod